



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

18. Mulierem è feretro suscitāt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

sus resurgit in pedes, & in coram  
 omnibus profiteretur NICOLAVM  
 sibi animam servasse, quam tortor  
 præfocare conatus fuerat; huius  
 velut alteri parenti se vitam debe-  
 re. Miraculi tanti fama totâ statim  
 insulâ divulgata, NICOLAI amo-  
 rem in omnium animis nimium  
 quantum accendit.

Neque interim suorum vota do-  
 mi neglexit. *Mitam* febris pertinax  
 totum annum oppugnaverat tam  
 validè, ut tandem expugnârit. La-  
 vatur cadaver, curatur, & in fer-  
 culum deponitur ad sepulturam.

13.

Mulierem  
 à feretro  
 suscitavit.

Maritum interim *Philippum*, *Luci*  
*Gentilis* filium, qui id temporis do-  
 mo aberat, per tabellarium curso-  
 rem vocant propinqui ad justa per-  
 solvenda. Ille nuntio inexpectato  
 percussus, amissam conjugem, cu-  
 jus ingenuam fidem plurimi sem-  
 per fecerat, commendat S. NICO-  
 LAO. Quem de præfacili exorari  
 posse nullus dubitabat, scilicet qui  
 miserorum omnium asylon vulgè  
 audiebat. Mortualem igitur do-  
 mum ingressus, primum omnium

habet

habet funus adire, & ad circumstantes affines: Amici, ait, *Mitam* meam Divo nostro Tolentino animi devovi, quem mihi atque illi patronum hic adfore nihil admodum dubito. Ad hæc verba surgit è sandapilâ mulier, & certò se vivere asserit, pioque viro gratias, gloriam verò vitæ redditæ NICOLAË reddit.

Sed nunquam supplices audit citius, quàm cum honor Cælitum consuetus publicè illi datus est. Veneti testimonium dicent. Cum enim solenni per urbem supplicatione primos SANCTI honores illi darent, turbaque hominum accurrentium innumera omnes plateas impleret, puer quidam in mare protrusus, undisque statim haustus, non amplius comparuit. Cum piscatoribus urinatores quærendo totum diem perdiderant. Sub vesperam exurgit (divino utique impulsu) à fundo puer, enatatque ad ripam. Interrogatus ubi tam diu delituisset, respondit; Adfuisse se monacho cuidam pullam vestem

19.  
Puerum  
aquis  
mersum  
parentibus  
inco-  
luram  
reddidit  
Venetiis.